

quorundam numerum 3. parte, differentia 17. Summo, num. 9. ubi num. 7. probat, quod si legatum relictum cum onere non valeat in totum, vel pro parte diminuat, onus quoque minus debet pro rata: quod latissime explicat Lara in tract. de Anniversariis, lib. 2. cap. 15. Gratianus tom. 5. cap. 916. Guzman. de conditionibus, quest. 30. ex num. 8. usque ad finem, Castillo, lib. 4. controversiarum, cap. 54. maxime ex num. 25. Roderiquez in tractatu de redditibus, lib. 3. quest. 6. num. final. Sordus de co latone donatorum, lib. 20. ex num. 9. qui omnes latissime agunt quo modo augendum, vel diminuendum sit onus legato impostum, aucto vel diminuto legato; quibus adde Dianam in suis resolutionibus, 2. parte; tractatu 14. resolutione 17. ubi quid si centum aurei relinquatur pro centum Millis, an augetur stipendium Sacerdotum: Sord. decis. 38. num. 8.

Et circa principalem resolutionem huius numeri, vide l. 37. tit. 9. parti 6. & ibi Gregorium Amayam supra num. 39. Garciam de expensis, cap. 22. num. 34. Gratianum late regula 30. 5. rimentum lib. 8. selectarum, in leg. cum fundus, numero 2. ff. de legatis 2. Morlam in emporio, tit. 1. quest. 11. num. 13. Ofsualdum lib. 8. cap. 17. in notatis, litera H. & Molinam de iusticia, tomo 1. disputatio 194.

19 Ibi: Nec obstat etiam text. in l. mortuo bove, &c.

De interpretatione text. in leg. mortuo bove, ff. de legatis 2. videndi sunt Sarmiento in proprio loco, Lafarte de Gabellis, cap. 12. num. 16. Morla in emporio, tit. 1. quest. 11. num. 20. Joannes Pareja in otio quadrimestri, 2. parte, num. 45.

Ad numerum 17. ibi: In quo articulo resolutione dico, &c.

Quod quilibet haeres teneatur ad solutionem legatorum pro parte hereditaria, sicut ad alia debita, ut hic resolvit, extendit & limitat noster Gomez. docent & explicant Castillo, in l. 21. Taur. verb. Por rata, Tusch. lit. H. conclus. 72. qui in aliquibus dissentit a nostro Gomez. & num. 17. cum Negulan. in tract. de pignor. 4. membro, 8. partis, advertit, quod licet aliis qui conveniantur in hypothecaria possint convenire in solidum, hoc tamen non procedere dicit in legatario, qui etiam habet hypothecariam, eam tamen exercere debet ad instar personalis pro viliis, ex text. in l. 1. Cod. communia de legatis, Sarmient. lib. 8. selectar. in l. legatorum peritio, ff. de legatis 2. quem vide ibi, & l. si Titio, aut Seio, ff. de legatis 2. Roderiquez in tract. de redditibus, lib. 1. quest. 4. num. 34. ubi de redditu qui super aliqua re legatur, vel constituitur, et quia fundamentum huius resolutionis consistit in regula iuris, qua docemur, haeres teneri pro hereditariis portionibus ad legata, & debita solvenda, ex l. pro hereditariis, Cod. de hereditariis actionibus, videndi sunt ad eam Parladorius, lib. 2. quotidianarum 4. parte, §. 1. num. 13. Morla in emporio, 1. parte, tit. 11. questione 8. num. 6. Suarez in l. quondam in prioribus, ampliatione 7. num. 8. & Valdesius in additione, ibi, & in leg. post rem judicaram, extensione 1. ubi ampliat dictam leg. pro hereditariis, etiam si debitor diceret, quot quilibet haeres teneatur in solidum, Paz in praxi, tom. 1. 4. parte, cap. 1. num. 37. Ofsualdus ad Dantell. lib. 7. cap. 11.

Gratianus regula 352. & 355. Franchis dec. 283. Stephan. Gratian. disceptationum lib. 1. cap. 16. & 36. Sordus decis. 90. Hermosilla l. 5. tit. 2. gloss. 1. part. 5. & glossa 3. num. 7. & in leg. 5. tit. 3. num. 1. 7. & 8. glossa 11. num. 3. & 5. & in l. 1. tit. 4. glossa 6. numero 41. ubi an haeres teneatur in solidum ad alimenta ad quae testator tenebatur: & Pichardus in suis manualionibus ad praxim, 2. parte, precepto 2. num. 3. ubi etiam quod in hypothecaria omnes conveniuntur in solidum de quo etiam Salgado in labyrintho, 2. part. cap. 2. num. 64.

Ibi: Quod iterum intellige, &c. De explicatione text. in leg. si Titio, aut Seio, ff. de legatis 2. de quo noster Gomezius hic, videndi sunt Sarmiento super illum textum lib. 8. selectarum, & in leg. si quis Titio, §. si heres, num. 3. & 4. & in leg. cum quidem, ibidem, num. 33. optime Pichardus in §. si eadem res, hystit. de legatis, num. 35.

Ad numerum 18. ibi: Sed his non obstantibus, &c.

Quod primus legatarius nominatus eligat, legato relicto uni de una re, & alteri de alia eiusdem generis absque speciali assignatione, ut hic resolvitur, docent communiter Doctores regulam ex ordine litera constituentem; nempe quod primo nominatus, magis dilectus praesumitur, & praefertur, ut videtur latissime potest per Alvarum Valascam consultatione 121. ex numero 3. Everardum in Topicis, loco ab ordine litera, Mantica de conjecturis ultimarum voluntatum, lib. 6. tit. 13. numero 11. Menochius de praesumptionibus, libro 1. praesumptio 28. Tiraquellum de primogeniis, questione 19. per totam, Alvaradum de conjecturata mente defuncti, lib. 4. cap. 2. ex num. 12. Tuschum litera O. conclus. 196. Mascardum de probationibus, conclus. 14. 17. ex num. 18. Pacianum eodem tractatu, tom. 2. cap. 25. optime Peralta in l. si quis in principio testamenti, ff. de legatis 2. Cevallos quest. 904. ex num. 87. late. Quae regula dubitationem non habet, & planè procedit quando jus alterius non tollitur, sed suspenditur, & differtur, ut optime explicat Muñoz de Escobar, in suis comput. computationis 10. num. 12. & Burgos de Paz consilio 27. num. 21. & sic in casu huius resolutionis, cum nec tollatur nec suspendatur jus alterius, sed tantum agamus de percipiendo rem legatam primo loco, nulla dubitatio relinquatur, & ita in specie tenet Molina tom. 1. disput. 198.

Imò in fortioribus terminis videmus, quod quando plures eliguntur in quolibet casu in quo unus solus potest possidere primo nominatus praefertur; docent Petrus Peralta in leg. cum ita, §. in fideicommisso, num. 5. ff. de legat. 2. Caldas Pereira de iure emphiteutico 3. parte, de potestate eligendi, cap. 11. num. 41. Castillo lib. 2. controversiarum cap. 26. num. 66.

Plures tamen casus reperiuntur in quibus ordo literæ non attenditur, de quibus latissime sermonem faciunt allegati Doctores supra, & alii plures in unum congesti à Castillo lib. 4. controversiarum, cap. 51. ubi optime materiam explicant.

Ad num. 19. ibi: Et resolvitur dico, &c.

Legatum filio nascitur, si plures nascantur, quod omnibus debeatur pro parte, præterquam si testator usus fuerit verbo distributivo ut hic resolvitur, docent in fortioribus terminis Parilius consilio 49. tom. 2. Socynus Senior in virum, in principio, num. 4. ff. de rebus dubiis, quia non

non est inducenda legatorum multiplicatio, ut late probant Menochius libro 4. praesump. 128. per totam, & praesump. 106. num. 31. Tusch. litera L. conclusionem 78. num. 6. & sic in specie docet Spino in speculo, glossa 10. num. 19. vide distinguentem Cancercium variarum 3. part. cap. 20. ex num. 283.

Quid vero dicendum sit in successione Regni, vel majoratus, si duo vel plures simul nascantur, videndi sunt Menochius de praesump. libro 6. praesump. 51. Molina de primogeniis, lib. 3. cap. 1. & late D. Joseph Velas. disertat. 4. & novissime Carança de partu leg. cap. 6. ex num. 19. & cap. 18. ex num. 30. & cap. 19. qui alios plures referunt,

22 Ad num. 20. ibi: Item adde quod si testator legavit uni, &c.

Legatarios, quibus eadem res simpliciter, & in solidum separatim fuit legata, facere partes per concursum, ut hic resolvitur docent, & explicant Mantica de conjecturis ultimarum vol. lib. 9. tit. 9. num. 4. Menochius lib. 4. praesump. 173. num. 1. 8. & seq. ubi octo casus distinguit, quos omnino videre debes, pro integra resolutione huius questionis, Crallos receptarum, §. leg. quest. 80. Covarruvias in rubrica de resem. 2. parte, cap. 21. Menchaca de successorum progressu, lib. 3. §. 23. num. 96. & late & optime Pichard. in §. si eadem res, insit. de leg. quasi per totam, maxime ex num. 48. apud quos latissime disputatur invenies quando indicatur ademptio legati, ex eo quod alteri legatur quod prius legatum fuerat: de quo latissime inter alios Menochius, & Pichardus in dictis locis; ubi etiam explicant text. in l. sicut, ff. de adimendis leg. Fachinus lib. 6. controversiarum, cap. 38. ubi late disputat an haeres legatum sibi à defuncto relicto repudiare possit, & explicat text. in leg. si mihi & tibi, ff. de leg. 1. vide etiam Gregorium in leg. 26. tit. 9. part. 6. & in leg. 33. eodem titulo, ubi etiam agit de iure accrescendi in praedicto casu, & Molinam de iusticia tom. 1. disputatio 199. ubi late de re eadem plures legatos, & Tuschum lit. L. conclusionem 79. & 80. & Sordum decis. 161. maxime ex num. 22. ubi etiam agit quid è contra si à duobus eadem res alteri legetur, & num. 4. explicat dictam resolutionem nostri Gomezii procedere non solum quando species legata fuit, sed etiam si quantitas, quando quantitas relinquatur, ut species, verbi gratia: Quando testator dicit: Illa quingenta aucta, &c. Tunc enim dividitur legatum inter plures legatarios, iterum idem Sordus decis. 38. num. 23.

Ad num. 21. ibi: Et resolvitur dico, &c.

23 Et ibi: Sed his non obstantibus, &c.

In electione heredis esse solvete legatum quate bonorum in ipsis rebus hereditariis, vel eius estimationem in pecunia de iure communi, sed non de iure Regio, ex cuius dispositione præcisè in rebus hereditariis solvendum est, ut hic resolvitur, docent, & explicant Castillo in l. 20. Tauri, verb. A omnia personæ & ibi reliqui Taurilla ex illius text. decisione Matienzo in l. 4. tit. 6. lib. 5. Recop. glossa 1. num. 3. & ibi Angul. gloss. etiam 1. num. 2. & latissime probans Gutierrez lib. 2. quest. 57. per tot. Cevallos quest. 904. num. 85. tom. 4. Molina de iusticia, tom. 1. disp. 204. per tot. maxime num. 16. Suarez in leg. quoniam in prioribus, versicul. Secundò quaro, ubi Valdesius Bernardus Diaz reg. 318. & Ant. Gomez. Variarum Resol. Tom. 1.

ibi Salcedo, & eum, & alios referens Gratianus in reg. 279. num. 1. quamvis contrarium in extraneis haeredibus teneat cum Tello Fernandez Azevedus in d. l. 4. num. 8. Et sic in specie docet Spino in speculo, glossa 10. num. 19. vide distinguentem Cancercium variarum 3. part. cap. 20. ex num. 283.

Ad num. 21. ibi: In quo articulo sit vera doc. 24. trina & resolutio, &c.

Diximus jam supra in additione ad num. 5. fructus pertinere legatario à morte testatoris, ubi etiam plures Doctores ad propositum commemoravimus, quibus addere poteris Cevallos 9758. 793. Ofsualdum lib. 8. c. 36. lit. C. & Gratianum in regula 23.

Ubi adducit casus, in quibus non transfer-

25 tur statim in legatarium dominium, ex quo fructuum acquisitio dependet: quod etiam latissime pertrahant quamplures Doctores in unum congesti per D. Joannem del Castillo in tract. de usufructu, cap. 9. num. 26. & præcipue commendo Duennas reg. 210. per totam, Sarmientum in l. omnia ff. de leg. Larream decis. Granat. 62. num. 34. Gratianum disceptationum forensium, cap. 156. Salgado in labyrintho parte 1. cap. 14. num. 21. & seq. ubi optime declarat, & cum Thoma Sanchez lib. 6. de matrimonio, disp. 4. num. 8. & in summa lib. 2. cap. 14. ex num. 59. & cum Ofsualdo, & aliis docet, quod illa acquisitio dominiis est imperfecta, commutabilis, ac sub conditione: Nisi legatarius repudaverit, quod potest facere invito creditoribus, ubi etiam de legatario ignorante, quod acquirat dominium: Laram in l. si quis in liberis, ff. de lib. agnoscent. §. utrum ex num. 55. Spino in specul. glossa 8. principalis, ex num. 16. & Cevallos, dicta 9758. & Cancercium variar. 3. part. cap. 20. num. 17. adde etiam Burgos de Paz il. 3. Tauri, 1. parte ex num. 936. & de legato in diem, quod ejus dominium non transeat ante diem, Gironda de gabel. 4. part. §. 1. num. 7. Ibi: Si verò consistit in re generica, &c. Camæteris versiculis; usque ad finem numeri, &c.

Si legatum consistat in re generica, vel aliena, vel in parte, & quota bonorum, fructus non pertinere ad legatarium ante mortem haeredis, ut hic resolvitur, docent Doctores relati in add. ad num. 5. & hoc num. maxime Matienzo in dicta l. 1. tit. 4. lib. 5. Recop. glossa 14. ex num. 31. Burgos de Paz dicto num. 936. & multis sequentibus, Pichardus in relectione tit. ff. de legatis, cap. 5. num. 20. Cancercius supra, ubi late materiam explicat, Thomas Sanchez lib. 4. consiliorum cap. 2. dubio 16. quamvis Azevedus in dicta l. 1. tit. 5. lib. 5. num. 126. dicat indistinctè fructus pertinere ad legatarium à morte testatoris, rejecta distinctione nostri Gomezii hic, & aliorum.

In legato autem quod consistit in universitate, Q9 ut

ut in grege, fructus ad legatarium pertinent à tempore testamenti, ut hic probatur, docent Thomas Sanchez supra, num. 5, referens, & sequens in totum, nostram Gomezium; Pichard, in §. si ex, Instit. hoc tit. Castillo in tract. de usufructu, cap. 27, num. 5. & per tot. Conanus commentar. juris lib. 4. cap. 2. ex num. 5. Molina tom. 1. de justitia, disp. 194. num. 3. 4. & 5. Tufsch. lit. L. conclus. 59.

26 Ad num. 25, ibi: Item adde, &c.

Quod qualitas vel conditio primi legati censetur repetita in secundo, apposta dictione repetitiva, eo modo quo hic resolvitur, docent, & explicant Tufschus lit. D. conclusione 256. & conclusione 286. num. 1. & 2. lit. L. conclusione 71. & optimè Mantica de conjecturis ultimarum vol. libro 10. tit. 6. num. 12. & per tot. Menochius lib. 4. presump. 180. ubi optimè materiam persequitur, varios casus distinguens, & in presump. 181. quem omnino videas, Fufarius, in tractatu de fideicommissis questione 450. ubi loquitur in substitutionibus, Azavedus, in l. 2. tit. 4. lib. 8. Recopil. ex num. 4. ubi num. 10. intelligit prædictam resolutionem, præterquam si in legato primo inerat conditio ex natura ipsius, quia tunc in secundo non intelligitur repetita, vide eum: Gutierrez consilio 18. ex num. 24. Cujacius lib. 5. respons. Papinian in l. avia, ff. de conditionibus, & demonstrationibus; Barbosa in tract. de dictionibus usu frequentibus, dictione 135. ubi alios refert, & latius in dicit. 185. verbo: Item, ubi plures limitationes adducit, quæ per eum videri poterunt: alter Barbosa in leg. quia vale. ff. soluto matrimonio num. 36. Cencius in singulari 31. & 59. num. 7. Pichard, in reper. leg. Gallus in præludis, cap. 3. num. 201. & seq. Limitant prædicti Doctores multipliciter, maximè si ex repetitione conditionis variatur dispositio in sequentibus, tunc enim non intelligitur repetita.

27 Ad num. 24. ibi: Et breviter, & resolutivè dico, &c.

Quod res que non est in rerum natura, sed esse speratur, possit legari, taleque legatum non esse conditionale quoad impediendam transmissionem, secus aliàs, ut hic resolvitur, docent Petrus Gregorius in syntagm. lib. 42. c. 32. n. 15. optimè Surtus in tract. de alimentis tit. 4. quest. 17. ex num. 22. ubi declarat, quod si fiat legatum frumenti, vini, olei, vel alterius fructus in genere, non designato fundo, ex quo sunt percipiendi, tunc non est expectandum quod tales fructus nascantur, nec est legatum conditionale, sed purum, & statim debetur; ita etiam docet Stephanus Gratianus disceptationum forensicarum tome 1. cap. 62. ex num. 7. Pichardus in §. ea quoque res, Instit. de leg. ubi num. 4. explicat dictum legatum intelligendum esse de fructibus fundi designati primo anno nascituris, unde si non nascantur, legatum non debetur, ex decisione text. in leg. boves, §. hoc sermone, ff. de verb. signific. quod iterum subintelligit Stephanus Gratianus dicto cap. 62. num. 8. cum Simone de Prætis de interpretatione ult. voluntarum, lib. 5. dubio ult. num. 29. & 30. quando fructus sunt positi taxativè unica oratione, secus si demonstrativè. Et in legato annuo quod suppletur fiat satisfaciendo de sequentibus annis, si uno anno non nascantur, de quo videndus est Surtus in dicto tract. de alimentis, quest. 26. tit. 4. ex num. 11. & per totam. Et circa resolutionem principalem hujus numeri, vide Moli-

nam de justitia, tome 1. disp. 200. ex num. 1. Ad numerum 25, ibi; Et breviter dico, quod sic, &c.

niam de justitia, tome 1. disp. 200. ex num. 1. Ad numerum 25, ibi; Et breviter dico, quod sic, &c.

Gravamine apposito in legato, quod illud dicatur legatum, quod superest deducto gravamine certum est, ut docet Tiraquellus, de retractu lignagier, §. 15. glossa 1. num. 7. & latissimè Tufschus litera L. conclusione 69. & conclus. 70. ubi etiam agit in acceptans legatum, cui onus est annexum, ex certa scientia, teneatur ad onus ultra valorem legati? (de quo Barbosa in collect. cap. 14. de testamentis,) & conclusione 71. ubi an onus primo legato inopertum censeatur repetitum in secundo, vel è contra; Lafarte in tract. de gabel. cap. 16. ex num. 1. & per tot. ubi ex num. 19. disputat, an ad defalcandum legatum, onus ei impositum fit deducendum, & interpretatur text. in l. ad veterani §. si cui, ff. ad l. falcidiam, & leg. 1. §. si quis creditor, & l. si fundus leg. eodem tit. Suarez in leg. quoniam, ampliatione 7. num. 4. & ibi: Valdes, ubi de non imponendo gravamine ultra commodum, Segura in leg. si ex leg. causa, ff. de verb. oblig. Molina de justitia, tom. 1. disput. 200. num. 4. Gutierrez in tractatu de tutelis, 3. parte, cap. 34. num. 7.

Ibi: Confirmatur ista sententia, &c.

Licet quælio an sollicitæ gabellæ solutionem deducantur prius expensæ? valde controversa fuerit, ut constat ex Paradorio lib. 1. quotidianarum, cap. 3. §. 7. num. 46. Lafarte in tract. de decima venditionis, cap. 16. num. 1. & seq. Girona de gabellis in præludis, num. 33. & 34. Gutierrez dicto tract. de tut. 3. parte, cap. 37. num. 22. & in tract. de gabellis, quest. 52. Azovedo in l. 1. tit. 17. lib. 9. recop. ex num. 151. ex jure tamen Regio in dicta l. 1. certum est ex toto pretio solvendam esse gabellam; ut probant prædicti Doctores, qui etiam resolvunt quid dicendum sit de promissis, vulgo promettidos, in quibus contrariam opinionem, imò prius esse deducenda, & de residuo solvendam gabellam, contra Lafarte, tenent Paradorius, Gutierrez, & alii, ut per eos videri poterit, & iterum per ipsum Gutierrez in tract. de tut. 3. parte, cap. 37. num. 22.

Ad num. 26. ibi: In quo articulo breviter & resolutivè, &c.

Quod legatum factum à debitore creditori valeat, si aliqua utilitas possit in eo considerari, ut hic explicatur, docent Socynus in reg. 220. verbo; leg. à debitore creditori factum, &c. ubi adducit ferè omnes fallentias à nostro Gomezio congestas, Colla, in capite si pater, verbo, legavit, num. 24. Cancercius variarum 3. parte, cap. 20. num. 387. Douellus lib. 8. cap. 11. commentariorum, & ibi Oualidus in no. lit. P. Tufschus, lit. L. conclusione 141. ex num. 2. Pichardus, in §. ex contrario, Instit. de leg. ubi etiam adducit illustrationes nostri Gomezii, & num. 5. ait quod propter commoda representata, poterit creditor legatarius gravari per testatorem, & falcidia locum habebit, & in repetitione tit. ff. de legatis, cap. 1. num. 19. ubi de utilitate affectionis, Molina de justitia, tom. 1. disputatione 200. num. final. Sarmiento in l. peculium, ff. de legatis 2.

Ad num. 27. ibi: Et breviter & resolutivè dico, &c.

Legatum factum à debitore creditori, non videri animo compenlandi relictum si debitum ab initio fuit voluntarium, secus si necessarium; ut resolvit

resolvit nos: Gomezius, tenent Covarruvias in cap. officii, num. 2. de testam. Tufschus lit. L. conclusione 141. & conclusione 141. ubi etiam probat, quod si post ignitum legatum per creditorem perierat res legata in parte, extinguatur debitum, Colla in cap. si pater, verbo, legavit, ex num. 17. Cujacius, lib. 3. observationum, cap. 15. Mantica de conjecturis ultimarum vol. lib. 10. tit. 2. ex num. 2. latè Menochius lib. 4. presump. 109. & 110. quem omnino videas, quia latissimè expricat & distinguit, Barbosa in leg. si cum dotem, §. si pater, ff. soluto matrimonio, Spino in specul. glossa 8. num. 71. Alvarado de conjecturata, lib. 4. cap. 1. ex num. 58. Molina de justitia, tome primo disp. 202. ex num. 15. & alii plures Doctores congesti per D. Joannem del Castillo in tract. de usufructu, cap. 46. num. 6. & per tot. ubi ipse Castillo latè de materia agit, & an legatum compensetur cum arithis marito promissis uxori, vel cum donatione propter nuptias; & quando ex conjecturis sit recedendum à prædicti regula tradita initio hujus numeri; Surtus decis. 244. num. 8. ubi quod legatum marito compensatur cum portione dotis, quam debet lucrari ex forma statuti; & ibi num. 9. & 10. agit an compensetur cum leibico cujus dies nondum venerat? & alia; & in decis. 142. num. 8. ubi quod non habet locum dicta compensatio quando testator dixit quod legabat de bonis suis; & in decisione 169. num. 2. ubi quod compensatur cum debito necessario; Cancercius variarum 1. parte, cap. 9. num. 74. & parte 3. cap. 20. ex num. 309. latè Barbosa de jure Ecclesiastico, lib. 3. cap. 19. ex num. 28. iterum ipse Barbosa in cap. 8. de sepulturis, iterum Barbosa in collectanea ad cap. 14. de testamentis, num. 6. de quo vide unam limitationem per alterum Barbosam in l. 8. §. ob donationes, ff. soluto matrimonio, num. 9. Merlinus de Legitima, lib. 2. tit. 2. quest. 8. ex num. 3. Thomas Sanchez lib. 4. consiliorum cap. 2. dubio 15. ubi dictam questionem & resolutionem nostri Gomezii optimè explicat cum Martienco in l. 7. tit. 9. lib. 5. Recop. gloss. & aliis, & num. 12. advertit, quod si vir recepit in dotem aliquas possessiones æstimatas æstimatione que facit emptionem, si postea legat easdem res, vel unam ex illis uxori, etiam si leger sub commemoratione dotis, non censeatur legare animo compenlandi, quia non erat debitor illarum possessionem, sed æstimationis, & illa verba à testatore posita, Lego uxori tales possessiones quas recepi in dotem, adjecta videntur causa demonstrationis, & Gratianus in regula 285. ubi notat aliud esse si non recepit eas æstimatas, Cevallos, questione 595. tome secundo, ubi quod legatum in pignoris facti in creditori, si ipse creditor agnoscat, sibi præjudicat in resu suo, si constat de mente testatoris, quod legaverit animo compenlandi, vide etiam Gutierrez, in tract. de tutelis, 3. parte, cap. 5. per totum.

Ibi: Vel si maritus legat uxori, &c.

De legato uxori relicto, & an compensetur cum Quarta sibi pertinente, ex text. in authentica, præterea; Cod. unde vir & uxor, & de intellectu illius text. videndi sunt Gregorius in l. 7. tit. 13. paritè 6. Castillo in l. 32. Tauri, verbo, Le puede pertenecer; Azavedus in l. 6. tit. 4. lib. 5. recop. num. 31. Quetia in cap. 25. divers. quest. juris, num. 8. iterum Castillo in l. 6. Tauri, & in l. 9. in l. 40. verbo; Del hijo ma-

Aut. Gomez Variar Resol. Tom. I.

yor: Valdes, ad Suar. tit. de las ganau cias, n. 49. & tit. de arbis, num. 36. Oualidus ad Donellum, lib. 9. c. 1. no. lit. L. Fachinæus lib. 10. cap. 7. 2. Soula in l. femina, ff. de reg. juris, 1. part. ex num. 167. latissimè; & quid si maritus bona alienavit, an competat uxori revocatoria; Colla in §. & quid si tantum, 2. parte, num. 148. & quid in uxore luxuriosa, Aviles in capitibus Pratorum in proennio, num. 44. & quid si uxor ex operibus possit vivere? Barbosa in l. maritum, ff. soluto matrimonio, num. 10. & quid si habet patrem diritem ibid. num. 99. & plura adhuc text. Fatimacius, tom. 1. tit. 3. quest. 25. ex num. 123. Tufschus lit. P. conclus. 401. Surtus decis. 61. per tot. Gratianus disceptationum tom. 1. cap. 120. latè ubi num. 17. quod hic text. habet etiam locum in viro, & alia Cancercius variarum 1. parte, cap. 1. num. 130. & 2. parte cap. 11. num. 96. ubi quod si uxor post mortem mariti fiat dives? Telus-Fernandez in l. 9. Tauri, ex num. 31. Surtus in tract. de alimentis, tit. 9. questione 29. & melius questione 35. & 37. Et quid si vir & uxor sint separati per divortium, vel alio modo, Valasco in praxi partitionum, cap. 6. num. 54. Bayo in collectanea, verbo: Quarta, iterum Surtus decis. 8. & 61. Thomas Sanchez in consiliis lib. 4. cap. 4. dubio 28. Castillo in tract. de usufructu, cap. 45. ex num. 25. ubi alios refert, & iterum Thomas Sanchez in summa cap. 17. num. 11. apud quos dictam materiam latissimè explicatam videbis, Noguero. allegatione 26. ex num. 208. ubi quod divortio facto ob friviam yiti, uxor non amittit hoc beneficium, Matheus de leg. lib. 3. tit. 1. quest. 23. ubi latè de hac quarta, & novissimè Salgado in labyrintho, parte 3. cap. 4. num. 30. ubi quod si postea uxor efficiatur dives, Quarta non est ei auferenda.

Ibi: Sed teneo quod nullo modo, &c.

Legatum factum à marito uxori, non computari in medietate lucrorum acquistorum constante matrimonio, ut hic resolvitur, probat Covarruvias in cap. officii, de testamentis, num. 5. Caldas in l. si curatorem, verbo, sua facilitate, num. 8. & indubitatum est in hoc Reguo, si advertas, bona constante matrimonio quæ sita, ipso jure acquiri ipsi uxori in medietate, quoad dominium, & possessionem, ut ex Segura in tract. de bonis lucratis, num. 65. Covarruvias lib. 3. variar. cap. 19. num. 2. & alius probat Martienco in l. 2. tit. 9. lib. 5. recop. glossa 3. per totam & sic res propria ipsi legari non potest, nec cum ea legitimum compenlari.

Sed quamvis dicta resolutio nostri Gomezii initio hujus numeri proposita, ita sit communiter Doctorum consensu recepta, de ea dubitant Duatenus in cimenariis, l. si cum dotem, §. si pater, ff. soluto matrimonio, Corraus lib. 3. miscellaneorum, cap. 1. & cum eis Andreas Fachinæus lib. 5. controuersiarum juris, cap. 33. ubi indistinctè dicit utrumque deberi, & non esse locum compensationi; & in cap. 34. agit quid dicendum, si legatum consistat in specie, & debitum in quantitate; & in cap. 35. disputat, quid si testator dixit, lego de bonis meis, & alia; & quidem si in hac questione meum iudicium interponere licet, non sufficit quod debitum sit necessarium ad hoc ut compensatio admitatur, sed voluntas testatoris conjecturata concurrere debet, ut ex legibus in contrarium consideratis conici oportet.

A1 num. 28. ibi:

Legatum factum per fideiussorem creditori, Q q 2 non

non valere respectu creditoris, cum non sit in ejus emolumentum, etiam hodie post Authenticam presentem, dummodo ei sit renuntiatum, vel debitor sit abens, vel non solvendo, secus vero respectu debitoris, cujus intuitu valet tale legatum, eo modo quo explicat noster Gomezius; comprobari potest ex eo quod in prædicta specie legatum magis videtur factum ipsi debitori principali, ex Text. in l. fideicommissa 11. §. interdum, ff. de leg. 3. ut docet Petr. Barbosa in l. Lucius Titius 39. ff. soluto matrimonio, num. 15. & sic modo ante dicto valere debet legatum, nec poterit repetere quantitatem solum hæres fideiussoris ita legantis: argumento text. in l. tribus, ff. de usufructu earum rerum quæ usâ consumuntur, de cujus explicatione videntur fuit Suredus de dec. 109. Pinellus, de bonis maternis, l. 1. 2. parte, num. 76. Tufchus lit. E. conclusione 314. num. 13.

Ad num. 29. ibi: Et breviter & resolutivè dico, &c.

Ex conjecturis hæc enumeratis à nostro Gomezio, declarari mentem defuncti in legato pecuniæ, quæ potest intelligi majoris vel minoris valoris, docent etiam & exornant Mantica de conjest. ultimar. voluntatum, lib. 3. tit. 8. & 9. & lib. 12. tit. 17. num. 26. Menochius de presumptionibus, lib. 1. quest. 28. & quest. 14. & seq. ubi latissime & per ordinem materiam hujus resolutionis prosequitur, Gratianus reg. 425. num. 5. Fachinus lib. 6. c. 26. Molina de iustitia, como primo, disputacione 198. & alii plures in unum congesti per D. Joannem del Castillo lib. 4. contrav. cap. 24. ex num. 6. ubi num. 7. resolvit non debere præcisè, & formaliter observari ordinem Text. in leg. si servus plurius, §. finali, ff. de legatis 1. hic allegati, ut prima conjectura præferatur secundæ & sic de ceteris, cum ex circumstantiis aliis atque rerum & causarum specialibus aliquibus qualitatibus, sæpe ab eo ordine recedi possit, & debeat.

Advertendum tamen est, quod regulariter testatoris dispositio ita accipienda & interpretanda est, ut quanto minus possibile sit hæres gravetur, nisi ex dictis, & aliis conjecturis ab hac regula recedendum sit, ut ex multis explicat latissime Castillo dicto lib. 4. cap. 32. & 33. & nuncupatim Menochius dicta questione 28. num. 3. & Sardus in tract. de alimentis, tit. 8. privilegio 25. ex num. 1. ubi limitat latissime, & Mantica de conjest. ultim. volunt. l. 9. tit. 1. num. 5. optimè, & Matienzo in dialogo, 3. p. cap. 17. num. 10. ubi quod ratione amicitia major summa intelligitur legata, & latè, & optimè Menochius, lib. 4. presumptione 106.

Ad num. 30. ibi: Resolutivè respondeo, &c.

Omnes res videri legatas, & non solum illas quæ habent qualitatem à testatore expressam in legato relicto per verbum universale, præterquam si restrictivè relinquatur, ut docet, & explicat noster Gomezius, hic tenent Cardinalis Tufchus, lit. C. conclusione 258. num. 14 ubi ait, quod dictio, cum, de qua fit mentio in l. si est, in segundâ ff. de legatis 1. & in exemplis hic adductis, cum ponitur inter personas honoratas, conjungit, & copulat sicut dictio copulativa; & auget ac magis copulat quam dictio, & ut ex multis docent Menochius libro 4. presumptione 70. num. 10. & 32. Sardus in dicto tractatu de alimentis, tit. 2. questione 7. ex num. 5. & alii plures relati à Barbosa in tractatu de divisionibus, divisione 75. numero 7. & Petrus Cenedus singulari 9. Ex quo procedit,

quod cum dictio prædicta, cum, sit inductiva, arguunt ut docent relati Doctores, non poterit producere diminutionem, & sic omnes res habentes vel non habentes qualitates à testatore expressas comprehenduntur, præterquam si restrictivè fuerit factum legatum, ut in exemplo nostri Gomezii: idem tenet Molina de iustitia, tom. 1. disputacione 199. num. 8.

Ad numerum 31. ibi: Et breviter & resolutivè dico, &c.

Quantitas si debeat respectu speciei, quod specie petempta debitor liberetur, ut in exemplis hic positus per Gomezium, docent & explicant Bartolus in l. quod te mihi, ff. de rebus creditis, num. 4. & ibi Jaso, Socin. Alexand. Decius, & reliqui Scribentes, Duñas, in regula 179. limitat. 2. Segura in leg. si ex legati causa, num. 149. de verborum obligationibus, Pichardus in 8. si res legata, insituit. de legatis: ubi laudat nostrum Gomezium hoc loco, Barbos. in l. 8. c. ob donation. ff. soluto matrimonio, n. 19. versiculo, Unde inferes Gregor. Lopez in l. 18. tit. 11. partit. 5. & in l. 41. tit. 9. partit. 6. per totam, maxime glossa 4. Menochius de arbitriis, case 49. num. 2. ubi de re qua culpa hæres etiam levi perit, & generaliter de dicta questione quando debitor quantitatis respectu certæ speciei ea perempta liberetur; Tufchus lit. M. conclusione 381. Socinius in regula debitor speciei Morla in empirio, tit. 8. questione 11. per totam latè, ubi adducit omnes textus & difficultates à nostro Gomezio consideratas hic Molina de iustitia, como 1. disputac. 199. num. 2. Tufch. lit. L. concl. 83. Larrea dec. Granar. 18. num. 2. 11. & 19. & seq. Cancercius 3. parte, capite primo num. 183.

Post moram autem quod debitor speciei ea perempta non liberetur, probant Covarruvias in regula peccatum, 2. parte, §. 6. optimè Decius, & reliqui in dicta leg. quod te mihi, ff. de rebus creditis; Fachinus lib. 2. contrav. cap. 72. & sequentibus, Gregorius in l. fin. tit. 2. partit. 5. Cevallos quest. 473. como 2. Morla dicto tit. 8. num. 33. usque 57. Oualdus lib. 16. c. 1. latè Gratianus in regula 117. iterum Gregorius in l. 20. tit. 1. partit. 3. iterum Fachinus lib. 8. cap. 1001. & seq. & lib. 11. cap. 40. & sequent. Barbosa in l. 3. ff. soluto matrimonio, ex num. 42. & in l. 8. §. fin. num. 63. & seq. & in l. si mora post præjudicium num. 1. & sequentibus Menochius lib. 3. presumptione 138. Mantica de conventionibus, lib. 10. tit. 9. num. 4. Hermosilla in additionibus ad Gregorium, l. 8. tit. 1. partit. 5. glossa 3. & in l. 9. tit. 2. partit. 5. glossa 6. ante omnes, & in l. 36. tit. 5. eadem partit. a glossa 1. num. 115. & sequentibus Elcobat de variociniis, cap. 17. num. 34. Garcia de expensis cap. 23. num. 48. Brito de locato & conducto, in rubrica, 2. parte, §. 2. n. 33. & sequent. alter Barbosa in collecciana l. 1. Cod. de his qui vi mestruè: Matienzo junior in repetitione l. contractus, ff. de regulis juris, ex n. 113. Pichardus in tractatu de Mora, ex num. 45. apud quos materiam diffusissimè agitant invenies; & sic si res ipsa legata post moram hæres perierit, hæres non excusabitur, sub distinctione tradita à supradictis Doctoribus, nempe an res eodem modo peritura esset, vel non.

Ad numerum 32. ibi: In quo articulo resolutivè dico, &c.

Legatum in genere inferiori, quod habet certos fines à natura determinatos, ut servus, reus, &c. valere, secus si in genere generalissimo, vel subalterno, ut hic resolvitur, docent

cent & explicant M. noch. de presumptionibus, lib. 4. presump. 119. num. 6. Mantica de conjectur. ut in animar. volunt. lib. 9. tit. 2. ex n. 4. Donellus, lib. 8. commentariorum cap. 19. & ibi Oualdus in notariis, lit. H. Myndingerus, Balduinus, & reliqui in §. generaliter, Insituit. de legatis, Gregorius Lopez in l. 23. tit. 9. partit. 6. ubi comprehendit omnes casus hic adductos per Gomezium, Pichardus in dicto §. generaliter, ubi de gradibus Gæneris remissivè agit, & quot sint genera? Molina de iustitia, como 1. disputacione 198. per totam, Gratianus regula 287. Amaya lib. 1. observacionum, c. 13. num. 18.

Circa electionem autem, cui competat in prædicto casu: videntur fuisse Gregorius Lopez in dicta l. 23. tit. 9. partit. 6. Sarmiento in l. Lucio ff. de legatis 2. ex num. 8. Covarruvias in cap. indicante, de testamento, num. 3. Spino in speculo testamentorum, glossa 8. num. 33. & 34. Morla in empirio 1. parte, tit. 8. quest. 3. num. 14. Gratianus, disceptacionum como 1. cap. 70. ex num. 9. & alii plures in unum congesti à Castillo in tractatu de usufructu, cap. 9. num. 33. & seq. ubi numero 34. plures Text. inter se pugnantes distinctionis scilicet componit hoc modo, quod in legato damnationis, & quando verba testamenti diriguntur ad hæredem, ejus sit electio: in legato vero vindicationis, & quando verba diriguntur ad legatarium, ei competat: & ibi etiam quando hæc distinctio habet locum hodie, non obstante quod differentie legatorum sint sublata: & tandem hæc materiam electionis prosequitur usque ad finem capituli: nec dissentiunt Pichardus, in dicto §. si generatim, Insituit. de legatis, num. 2. & Oualdus ad Donel. lib. 8. cap. 19. notariis lit. K, vide eos, & Joannem Gratianum in regula l. 61. num. 2. & in regula 162. ubi latè hæc difficultatera pertractat, & Molinam de iustitia como 1. disputacione 198. quasi per totam, Larrea dec. Granar. 51. ex num. 47.

Ibi: Item vino legato, &c.

Quod vino legato, non debentur vasa, vide latè Menochium lib. 4. presumptione 152. ex num. 22. Oualdum supra, dicto cap. 19. lit. C. & vide etiam Gregorium, in l. 5. tit. 33. partit. 7. & legato domus quod comprehendatur dolla terre effusa, Larrea dec. 81. & an legata taberna merces continentur? Parladorius, differentia 133. num. 6.

Ibi: Si vero nullam reliquit, &c.

Vide circa legatum domus in genere, & explicationem text. in l. si domus, hic allegat Gregorium in l. 23. tit. 9. partit. 6. Sarmiento, lib. 8. selectarum, in l. Lucio, num. 12. Donellum lib. 8. comme. variorum dicto cap. 19. & ibi Oualdum lit. L. Cevallos, como 3. questione 218.

Ibi: Si vero non habet fines determinatos à natura, &c.

Quod indistinctè non valet legatum fundi in genere, tenet noster Gomezius hic, ut vides: sed de hoc videnti sunt Mantica de conjecturis ultimarum voluntatum, lib. 9. tit. 2. ex num. 4. Sarmiento, in dicta l. lucio, num. 12. Oualdus etiam dicto lib. 8. cap. 19. lit. L. Crassus §. legatum, quest. 61. num. 6. Menchaca de successione progressu, lib. 3. §. 27. num. 35. Fachinus lib. 12. contrav. cap. 17. ubi omnes opiniones refert, & Cevallos in dicta questione 791. ubi plures Doctores pro utraque parte adducit, & tandem remanet contrarius nostro Gomezio, asseritque eandem resolutionem habere locum

in domo, & in fundo, nempe quod si testator fundos reliquit, hæres eligat; si vero non reliquit, legatum sit irritum.

Item de legato frumenti, vini, olei, &c.
Vide Menochium lib. 4. presumptione 151. & sequentibus.

Ad numerum 33. ibi: Et breviter dico quod 36 non &c.

Legatarium non posse repudiare legatum pro parte, & acceptare pro parte ut declarat noster Gomezius, docent & explicant Stephanus Gratianus disceptacione como 2. cap. 248. per totum, ubi optimè distinguit, & num. 41. probat, quod in legato plurium rerum sub nomine universalis vel collectivo, verbi gratia, gregis, non datur agnitio unius & repudiatio alterius, secus si plures res legentur distinctè & non suis nomine colectivo, vide eum per totum caput, Tufchus lit. L. conclusione 155. latè, & an possit per debitorem repudiari in præjudicium creditorum? idem Gratianus, cap. 132. & 271. de quo etiam Salgado in labirinto creditorum, cap. 14. 2. parte, latè Castillo in l. 27. Tanti, verb. agnoscit Azovellus in l. 10. tit. 11. lib. 5. recopilacionis, num. 9. Gregorius Lopez in l. 38. tit. 9. partit. 6. glossa 1. 2. & 3. Molina de iustitia, como 1. disputacione 199. ex num. 4. Daurenus lib. 1. de jure accersentis, cap. 1. Cajacius lib. 22. observacion. cap. 6. Donel. lib. 8. commentar. cap. 18. scindere enim judicium testatoris non potest legatarius, ut ait Cajacius ad Julium Paulum lib. 3. sententiarum, tit. 6. §. 12. Cevallos communium contra communes, questione 807. num. 2. dicens quod in tantum hæc sunt vera, ut per agnitionem partis rei legatæ videatur facta agnitio totius, ex l. si cui res ff. de legatis 2. Pichardus optimè explicans in relectione ad tit. ff. de acquirenda hereditate, cap. 28. num. 40. & sequentibus, ubi tradit rationes dictæ resolutionis, & quare legatarii hæres scindere legatum possunt, & num. 64. & 65. ubi limitat quando una res legatur diversis clausulis testamenti partibus distinctis, ut etiam declarat noster Gomezius, idem Pichardus cap. 29. ibidem, num. 29. vide etiam Sarmientum in l. neminem, & l. quotiens ff. de legatis, 2. & Fachineum lib. 6. contrav. cap. 83. ubi de hærede legatarii.

Ibi: Item adde quod si legatum relinquatur alicui sub conditione, &c.

Legato relicto sub conditione dandi certam pecuniam, vel rem, quod non sufficit dare partem pecunie ut consequatur partem legati, cum conditio in totum debeat impleri, & non pro parte, per unum legatarium vel ejus hæres, ut hic resolvitur, docent Præcis de interpretatione ultimarum voluntat. folio mihi 515. num. 114. & sequent. Peregrinus de fideicommissis, articulo 16. num. 118. & seq. Menoch. consilio 35. ex num. 4. Limitatur tamen si in parte sit impossibilis, quia tunc sufficit in parte possibili impleri, Tufchus lit. C. conclusione 195. & plures referens amplians, & limitans Fufarius, in tractatu de fideicommissis, questione 454. per totam, Menochius, lib. 4. presumptione 183. ex num. 17. Castillo lib. 4. contrav. cap. 25.

Ad num. 34. ibi: Imo vera sententia, & r. 37 solutio, &c.

Legatarium in fundo, & legatarium in quantitate, admitti pro rata ad ipsum fundum quando nihil aliud reperitur in hereditate, ut hic probat

Ibi, *Ant. à quolibet in solidum, &c.*

Vide Sarmantum in l. si pluribus, ff. de legatis 2. num. 2.

Ibi, *Et idem est, &c.*

Vide Sarmantum lib. 8. selectarum, in l. Mevius, §. duorum, num. 12. ff. de legatis. 2. Pichardum in §. si res aliena, Instiunt. hoc titulo, num. 18.

Ibi: Item adde quod idem est quando res, &c.

Vide Pichardum in dicto §. si res aliena, ex num. 8.

42 Ad numerum 39. ibi, *Et breviter, & resolutivè dico, &c.*

Heredem debere luere rem pignoratam alteri legatam, si testator hoc sciebat, secus si ignorabat, quia tunc luit legatarius, nisi ex conjecturis, vel qualitate personæ contrarium debeat judicari, ut hic resolvitur: exornant latissime Gregorius in l. 1. 11. tit. 6. partia 6. ubi glos. 3. assertit, quod in dubio præsumitur scientia hypothecæ, & alia Didacus Perez l. 2. tit. 3. lib. 2. ordinamenti, Donellus commentariorum juris, lib. 8. cap. 19. Cavallos communium contra communes, questione 747. itam in principio, Farinacius in fragmentis, lit. 1. num. 214. ubi de ignorantia præsumpta, Pichardus in §. sed si rem, Instiunt. hoc titulo: ubi etiam adducit limitationes nostri Gomezii, nempe si legatum fuerit relictum conjunctæ personæ, vel admodum dilectæ, vel ad pias causas, vel pro libertate, vel si æquivalenti pretio res oppignorata est, ita ut si legatarius luere, nullum commodum ei maneret, & addit quod pensiones vel servitutes quæ insunt rei legatæ, semper ad legatarium pertinent, Molina de justitia, tom. 1. disputatione 201. ex num. 1. Rodriguez in tractatu de redditibus, lib. 2. questione 1. num. 6. versicul. Adde verum casum ubi ait dari actionem legatario contra heredem ut luit, contra Jalonem: & similiter addit, dictam resolutionem in redditu annuo super legata imposto, tunc procedere, quando nec testator, nec hæres tenebantur ad reddendum, sed sola res legata ad illum erat obligata, referens pro hac doctrina Alvaradum de conject. mente defuncti, lib. 2. cap. 2. §. 1. num. 46. contra Padillam, & Salazar. Et insuper advertit cum Alvarado supra, quod si redditus sit perpetuus, & non redimibilis, hæres non tenetur luere; vide etiam Cancercium variarum 3. parte, cap. 20. ex num. 1.

Ibi: *Quod tamen limita, & intellige, &c.*

Superiorem resolutionem limitat noster Gomezius (ut jam diximus) si pro tanto pretio res sit pignoratæ quantum sit valor ejus; quia tunc indistinctè hæres debet luere, ut probat Vivius communium opinionum, lib. 2. verbo, Legatum, Crassus receptorum sententiarum §. legatum, questione 15. num. 2. Pichardus supra, dicto §. sed si rem; num. 4. & alii relati, & sequuti à Cavallos dicta questione 747. ex num. 3. Gregorius Lopez in leg. 1. 1. tit. 9. partia 6. glossa penultima, ubi etiam per totam legem plures questiones resolvit Alvaradus etiam supra, num. 44. & sequentibus, ubi alia: & quid in re Majoris legatæ? Contrariam tamen sententiam tenent alii plures relati, & sequuti à Fachinneo lib. 12. controversiarum, cap. 34. sed eos improbat Cavallos supra, & ibi num. 23. probat legatarium non verò heredem luere debere, em legatum suppositam censui perpetuo emphyteutico, non verò si redimibilis esset, quia

tunc ad heredem pertinet redemptio, & ibi insert ad casum prædicatum, eum vide, & Osualdum lib. 8. ad Donellum, cap. 19. lit. P. Molinam de primogeniis, lib. 1. cap. 10. num. 70. & eleganter Garciam in tract. de expensis, cap. 17. num. 23. & 24. ubi aliquantulum à nostro Gomezio recedit, & reliquis, in quantum docent in legato conjunctæ personæ relictæ, luitonem indistinctè ad heredem pertinere; vide etiam Cancercium supra: ubi an legatarius teneatur ad alia onera?

Ad num. 40. ibi: *Et breviter & resolutivè dico quod sic, &c.*

Eum qui habet rem subjectam restitutioni, in qua fecit aliquos sumptus, posse eos repetere, nec debere compensare cum fructibus, ut hic resolvitur, & distinguitur, docent, & explicant Negulant. de pignor. 4. membro 5. p. num. 16. Boët. decif. 44. num. 15. Vincentius de Franch. decif. 109. parte 1. num. 2. & alii plures relati à Marzario in epitome de fideicommissis, 3. parte, quest. 65. Alvarado de conject. mente defuncti, lib. 2. cap. 4. num. 37. Surdus de alimentis, tit. 6. quest. 6. num. 15. & alii congesti à Fusario in tract. de substitutionibus, quest. 669. Barbosa in l. divorzio §. §. fin. ff. soluto matrimonio, num. 40. & seq. maxime num. 91. 92. & 94. ubi cum communi resolvit in casu textus in leg. domos. ff. de leg. 1. (circa quam præfens versatur questio) debere fieri æstimationem meliorationum secundum tempus restitutionis, licet minus sit impensum; cujus contrarium docuerunt Menochius de recuperanda possessione, remedio 15. ex num. 557. & Fachinæus lib. 7. controversiarum, cap. 93. & Fusarius ubi supra, num. 4. cum aliis.

Ibi: *Tertio intellige, ut indistinctè, &c.*

Circa hanc intelligentiam, & explicationem text. in fundo, ff. de rei vindicatione, vide supra relatos, & maxime Barbofam in dicta leg. divorzio §. finali ex num. 88. & num. 90. & sequentibus, Menochium dicto remedio 15. ex num. 500. qui alios quam plurimos referunt, & Gregorium in leg. 41. tit. 28. partia 3. & in leg. 7. tit. 9. partia 2. glossa 7. & in leg. 26. tit. 12. partia 5. glossa 3.

Ibi: *Ex quibus infero sequentia, &c.*

Illatio ista nempe quod successores majoratus debeant solvere sumptus necessarios, vel utiles, in re majoratus factos, hodie cessat, ex leg. 46. Tauri, qua est 6. titul. 7. lib. 5. Recopilation. circa quam videndi sunt Azavedus, & Mentienzo post Tauristas in ea, Barbofa in l. 8. §. finali ff. soluto matrimonio, ex num. 112. Brito de locato cap. 2. parte 3. ex num. 33. Alvarado lib. 12. cap. 4. ex num. 37. & Gutierrez lib. 2. practicarum, questione 81. & sequent. usque ad 85. apud quos & ab eis relatos latissime materia disputatur, de quo etiam Hermosilla in l. 7. tit. 4. part. 5. glossa 2. num. 38.

Item adde ad resolutionem principalem hujus numeri, & explicationem text. in leg. domos, ff. de legatis 1. Gutierrez lib. 2. practicarum, quest. 84. num. 1. Soulam in repetitione §. actionum, capite de locato, ex num. 42. Alvaradum de conjecturata mente defuncti, lib. 2. cap. 4. num. 37. Barbofam dicta leg. 8. §. finali. ff. soluto matrimonio, num. 4. & sequent. & 76. & 91. Gratianum disceptationum, tom. 1. cap. 193. Menochium de presumptionibus, lib. 3. presumptione 32. latè.

41 n. 41. ibi: *Et breviter & resolutivè dico, &c. 44 Legata*

Legata domo, quæ postea dirigitur; deberi arcam quæ superest, ut hic resolvitur, explicant Mantica de conjecturis ultimarum voluntatum, lib. 9. tit. 2. num. 25. Donellus commentariorum juris lib. 8. cap. 17. & ibi Osualdus Molina de justitia tom. 1. disp. 194. num. 9. 10. & 11. iterum Osualdus ad Donellum lib. 8. c. 17. not. tit. 1. ubi de domo æstimata in area quæ remansit, destructa domo legata; de quo etiam Garcia in tract. de expensis, & meliorationibus, cap. 22. num. 34. versiculo. Ego tamen existimo.

Ibi: *Nec obstant text. & ejus notabilis decisio.*

De interpretatione text. in leg. moruo bove, vide supra, in additione ad numerum 16.

Ibi: *Alterius præsequendo articulum, &c.*

Domo legata destructa, si in area sit superimpositum ædificium, quod nec illud nec area debeatur, eo modo quo explicat Gomezius, probant relati supra, hoc numero, & Menochius de presumptionibus, lib. 4. presumptione 171. per totam, ubi optimè explicat Mantica de conjecturis ultimarum voluntatum, lib. 9. titul. 2. num. 42. Gregorius in l. 6. titul. 11. partia 6. glossa 4. quest. 28. & 29. & in leg. 3. titul. 13. partia 6. questione 30. Morquecho de divisione bonorum lib. 3. cap. 4. ex num. 10.

Ibi: *Quoad secundum dico, &c.*

Area legatæ si ædificium superimponatur, quod utrunque debeatur, docent omnes initio hujus numeri relati, maxime Garc. in tract. de expens. p. c. 22. num. 34. ubi etiam quid in contracta eadem specie retenta; à Molina d. disputat. 194. num. 8. ubi quid si testator plantet vineam, aut aliud in solo legato; & latè Menoch. lib. 4. pref. 127. ubi latè disputat quando solum intelligatur legata ea quæ testator tempore conditi testamenti habebat, & quando in legato veniant, & comprehendantur accessiones; & vide l. 37. tit. 9. p. 6. & Cancerc. variar. 3. p. c. 20. num. 144. & seqq.

45 Ad numerum 42. ibi: *Et breviter, & resolutivè dico, &c.*

Prælegatum relictum pluribus heredibus inæqualiter institutis, æqualiter eis pertinere, si nominibus propriis tantum vocati, secus si appellativis, ut hic resolvitur, comprobatur ex his quæ diximus supra in additione ad num. 20. c. 5.

Ad num. 43. ibi: *Vide text. ibi omnino Doctores in l. si fundum per fideicommissum, ff. de legatis, 1. &c.*

Ad questionem hic propositam de legatario qui emit ab ipso hærede rem legatam, & de interpretatione text. in l. si fundum per fideicommissum, ff. de legat. 1. vide Palacios Rubios in rubricis, de donationibus, §. 47. num. 16. Padillam in l. quoties ab omnibus, Cod. de fideicommissis, num. 3. & Doctores in l. plane, §. quod si rem, ff. de legatis 1. & Gregorius Lopez in l. 10. tit. 6. partia 4. glossa 1. Menochium consilio 87. num. 55. l. 1. & latè Barbofam in l. que dotis 34. ff. soluto matrimonio, ex num. 144. Sarmientum, lib. 8. selectarum, in l. Titia, §. Lucia, num. 1. Gratianum in regula 315. n. 3.

47 Ad numerum 44. ibi: *Vide text. in l. quidam testamento, &c.*

Si res destinata solutioni legati pereat, Doctores distinguunt communiter, an in una, & eadem oratione fiat legatum, & destinatio, & tunc prære legatum affirmant: an in diversis orationibus, & tunc secus esse aiunt, ut videre est per Cardinalem Dominicum Tuschum l. 7. con-

clus. 148. per totam, Stephanum Gratianum disceptat. forensium, tom. 1. cap. 62. ex num. 6. & tom. 2. c. 256. & tom. 5. cap. 988. Trullenchum, in præcepta Decalogi, tom. 2. lib. 7. cap. 18. dub. 12. num. 11. Barbof. de jure Ecclesiastico, lib. 3. cap. 19. num. 83. Tiraquel. de privileg. pia causa, privilegio 6. Quest. diversar. question. juris, cap. 23. num. 6. Lara in tractatu de Anniversariis lib. 1. cap. 15. & alij plures relati à D. Joanne del Castillo lib. 4. controversiarum cap. 54. ex num. 17. & quasi per totum, ubi latissime disputat, & num. 18. aliam resolutionem adducit ex Joanne Garcia in tractatu de expensis, & meliorationibus, cap. 4. ex num. 34. nempe prædictam distinctionem unius vel duplicis orationis non esse veram, sed solum attendendum esse an post legatum perfectè factum addatur locus unde solutio fit faciendæ executioni, vel non; primo enim casu assignatio personæ, vel loci unde faciendæ est solutio, demonstrationem inducit, in secundo verò limitationem, taxationem, vel conditionem, sive in unica, vel duplici oratione legatum fuerit relictum. Et ibi num. 19. addit ipse Castillo prædictam resolutionem etiam procedere in contractibus: cum vide, & Valacum de jure emphyteutico, questione 32. num. 7. Rodriguez in tractatu de redditibus, lib. 3. questione 6. n. finali, & Pinellum de rescindenda venditione 3. parte, cap. 2. num. 15. & Tuschum, verbo: Demonstratio, conclusione 191. Mantica de tacitis conventionibus, lib. 3. titul. 13. ex num. 62. & Guzman de evulsionibus questione 27. num. 26. & questione 30. per totam.

An autem in prædicto casu hypotheca inducatur in rebus assignatis ad solutionem ex vi ipsius assignationis? videndi sunt Covarruvias, in cap. Reynaldus, de testamentis, §. 10. num. 81. & lib. 3. variarum, cap. 7. num. 3. Avendañas de censibus, cap. 24. num. 11. & c. 25. num. 3. Tiraquel. de rebus, lib. 1. §. 4. glossa 5. num. 7. Valacum de jure emphyteutico, quest. 32. ex num. 17. Donellus lib. 9. commentariorum, cap. 21. Soula in repetitione §. actionum, cap. de pignoratitia: ex num. 17. Gratianus discept. tom. 3. cap. 546. num. 30. & tom. 4. cap. 683. & tom. 5. cap. 848. ex num. 19. & cap. 853. ex num. 86. iterum Avenda. responso 23. num. 3. latè Garcia de expensis, cap. 4. ex num. 30. Felicianus de censibus, num. 18. in proemio, Surdus de alimentis, tit. 8. privilegio 51. Brito in tract. de locato, cap. 2. parte 3. num. 35. & cap. propter sterilitatem, num. 40. & in cap. potuit, §. 2. num. 2. & novissimè D. Franciscus de Amaya in leg. 2. Cod. de annoniis, & tribuitis, lib. 10. num. 20. ubi cum communi resolvit, quod si dicatur super tali fundo, hypotheca inducatur, si autem ex tali fundo, vel de tali fundo, secus: tunc enim talis fundus assignatus intelligitur ad solutionem ejus quantitatibus, non verò affectus aliquo onere reali: quod limitant quando vel favore Republicæ, vel ad alimenta pauperum, vel defunctorum anniversaria, redditus ex aliquo fundo præstandi assignantur, quia tunc obligatio, ita fundo adhæret, ut quilibet possessor in quem fundus transierit rectè possit conveniri, ut ex Lara in tract. de Anniversariis, lib. 1. cap. 2. ex num. 2. Flores de Medina lib. 1. quest. 17. & aliis resolvit ipse Amaya supra, num. 21. vide novissimè Salgadam in labyrintho, 1. parte, c. 10. ubi latè hanc materiam optimè declarant.

Ibi: *Ex quo inferitur, secundum eos, &c.*
 Onera imposita civitati remanere penes reliquos cives, licet aliqui eximantur ex privilegio ipsius domini, docet in *presenti* noster Gomez. & idem probant aliqui relati per Stephan. Gratian. *disceptat. lib. 1. c. 59. num. 3.* quos ipse non sequitur, imò contrarium docet cum aliis, *num. 5. & 6.* & idem tenet cum Alexand. *consilio 178. lib. 2. Cardinalis Tuschus lit. P. conclusione 730. num. 7.* Valascus, *consulacione 12. num. 4.* Bobadilla in *politica, lib. 3. cap. 5. num. 34.* ubi hanc opinionem magis piam appellat, vide Molinam de *justitia, tom. 3. disputat. 673. ægidium Trullench in Decalogum, lib. 7. cap. 12. dubio 5. ex num. 3. & Flores de Mena, lib. 2. quest. fin. num. 169.* ubi laudat nostrum Gomezium, & alios refert.

48 Ad numerum 45. ibi: *Et breviter, & resolutivo dico, &c.*

Legatum, & onus in dubio debere solvi ab hærede, sicut & contra honor & commodum per impersonalia verba relicta, debet hæredi præstari, ut hic resolutivo, comprobant Peregrinus de *fideicommissis, articulo 4. & 12. num. 2.* Mantica de *conjecturis ultimarum voluntatum, lib. 8. tit. 2. num. 2.* & quasi per totum, & tit. 4. num. 16. Menochius de *presumptionibus, lib. 4. presumptionis 131. ex num. 4.* Mascardus de *probationibus, conclusione 1137.* ubi plures ampliationes adducit, D. Joannes del Castillo, *lib. 4. controversiarum cap. 33. num. 6. & 7.* & bene amplians & limitans, Fufarius in *tractatu de fideicommissis, quest. 521 per totum, & an fideicommissarius, teneatur ad onera & legata? Canecc. variarum 3. part. cap. 20. num. 65.* post Castillo de *usufructu, cap. 58.* ubi an usufructuarius debeat solvere legata?

Ibi: *Ex quo notabiliter inferitur, &c.*
 Quod impersonalitate & incertitudo in verbo dispositivo ex parte debitoris vitiet actum, ut hic resolutivo, docent Gratianus *disceptationum, cap. 579. tom. 3. num. 26. & tom. 4. cap. 675. num. 20. & tom. 5. cap. 941. num. 17.* ubi etiam quod hoc non procedat in ultimis voluntatibus, ut ait noster Gomezius, & latissime Mantica de *tactis conventionibus, lib. 14. tit. 29. ex num. 45.* quem videas & Osualdum ad Donel. *lib. 14. cap. 36. lit. Q.* ubi de interpretatione Text. in *authentica, si quando, Cod. de constituta pecunia.*

49 Ad numerum 46. ibi: *Et breviter & resolutivo dico, &c.*

Legatum servo proprio relicto sine libertate, nullius esse momenti, ut docet Gomezius, explicant Gregor. in *l. 8. tit. 9. part. 6. glof. 1.* Surdus de *alimentis tit. 8. privilegio 7.* Gratianus *regula 424.* ubi ampliat & limitat, Pichardus, in *§. an servo Institut. de legatis, ubi idem statuitur in legato facto servo hæredis: quod etiam non conualecat, quamvis tempore addita hereditatis, servus liber reperitur, vel in alium sit translatus, vide etiam Thomam Sanchez in *consiliis Moralibus, num. 1. c. 1. dubio 1.**

Ibi: *Quod intellige præterquam, &c.*

De legato alimentorum proprio servo relicto, quod valeat in terminis prædictæ resolutionis, ut hic traditur comprobat latè Surdus *suprà, dicto privilegio 7.* ubi etiam *num. 4.* ait quod valè legatum alimentorum relicto Fratribus Ordinis Sancti Francisci, de quo Gomezius hic, & pro eo consequendo habebunt

officium Judicis; quod latius disputat Thomas Sanchez in *summa, lib. 7. cap. 16. ex num. 9.* ubi optimè explicat quando valeat legatum relicto dictis Fratribus: & resolvit, quod legatum rei immobilis illis relicto non valet, nec quoad æstimationem, si illis relinquitur ut ab eis excolatur, vel retineatur, secus vero si simpliciter illis legetur res immobilis, tunc enim æstimatio debetur; si autem modo licito eis relinquitur, ut si exprimat quod talis res vendatur, & in usufructum convertatur, indistinctè valet legatum: vide eum, & Surdum *suprà, tit. 9. questione 33. num. 9. & seq.* ubi iterum de legato servo relicto.

Ibi: *Item etiam, quia quando lex humana, &c.*

Quod lex positiva iusta obligat in conscientia sub reatu mortalis peccati, docent Doctores in *cap. 1. de constitutionibus, & in cap. qua in Ecclesiarum, eodem tit.* Sorus *lib. 1. de iustitia, & iure, questione 6. articulo 5.* Covarruvias in *regula peccatum. 2. parte, §. 5. num. 3.* Menochius *de illibetismo, cap. 9. num. 1.* optimè Sayrus in *clavi Regia lib. 3. cap. 7. Gregor. de Valentia tom. 2. disceptatione 7. questione 1. puncto 6.* & plurimos referens Morla in *emporio, tit. 1. questione 7. per totum, ubi bene explicat, Diana resolutionum Moralium 1. parte, tractatu 10. resolutione 20. & multis sequentibus, ubi de pluribus legibus pœnalibus, an, & quomodo obliget in conscientia.*

Ad numerum 47. ibi: *in quo articulo breviter & resolutivo, &c.*

In voluntatè hæredis vel alterius tertij non posse conferri legatum, secus in arbitrium eorum, vel etiam in voluntatè legatarij, ut hic resolutivo, docent & explicant Covarruvias in *cap. eum ibi, de testamentis, num. 8. & 9.* Barbosa in *l. 1. ff. soluto matrimonio, 3. parte, num. 41. & seq. l. 2. §. fin. num. 1. ibid., Donnellus optimè declarans *lib. 8. commentariorum, cap. 15.* ubi Osualdus subtiliter disputat plures referens, & refellens ubi etiam ait valere dictum legatum favore libertatis, Castillo in *l. 31. Tauri, verbo, De el tercio.* Fachinæus *lib. 5. controversiarum, c. 58. & 59.* latissime disputans, Gregor. Lopez in *l. 29. tit. 9. part. 6. Costa lib. 1. selectarum, cap. 21. num. 12. & c. 22. & 23. & 25.* Suarez de *captivitate, num. 6.* & ibi Valdesius, & plures referens Fufarius in *tractatu de substitutionibus, quest. 503.* ex *num. 62. usque ad finem, ubi latissime declarant Matienzo in leg. 5. tit. 4. glof. 1. num. 3. lib. 5. recopilationis, Thomas Sanchez de matrimonio lib. 5. disputatione 1. num. 7.* Jacobus Cancercius *variarum, cap. 20. de legatis, ex num. 82. cum multis sequentibus, ubi etiam de declaratione & arbitrio commisso, & de captivitate voluntate Molina de iustitia tom. 1. disput. 157. ubi num. 5.* quod si relinquitur in voluntatè hæredis, eo semel volente, valet legatum, & omnium latissime D. Joannes del Castillo *lib. 2. controversiarum cap. 6.* quasi per totum, & novissime Carpio in *tractatu de executoribus & commissariis, lib. 2. cap. 11. & sequentibus.**

Sed est controversia, utrum hæc mutata sint de jure Regio? & quidem ipse Castillo, *dicto c. 6. tom. 2. controversiarum, cum Padilla in l. 1. de legatis 2. num. 3.* Matienzo in *l. 5. tit. 4. glof. 1. num. 4. l. 5. nova recopilationis, & aliis;* mutata esse, atque innovata asserit; & idem repetit in *lib. 4. controversiarum, cap. 36. ex num. 2.*

propt

propt

prout eum explicat Carpio *dicto cap. 11. lib. 2. nihilominus tamen ipse Carpio ibidem, ex num. 21.* contrariam sententiam bene defendit; imò *l. 31. Tauri, quæ est l. 5. tit. 4. lib. 5. recip.* non probare substantiam dispositionis in alterius voluntatem posse conferri, quamvis declaratio & electio possit; eos vide; & in specie eundem Carpium, qui *l. 14. disputat an solutio legati in voluntatè alterius conijci possit? & cap. 16.* an possit quantitas legati alterius voluntati committi; & per totum librum latissime materiam explicat.

Ibi, *quod tamen fallis in legato libertatis, &c.*

Prædictam resolutionem cessare in legatis piis, & libertatis, resolvit in *presenti* Gomezius, & tenent plerique ex *suprà* relatis, quos etiam videre poteris pro explicatione Text. in *l. fideicom. ff. de fideicom. libertatibus, de quo Costa in libro primo selectarum cap. 22. per totum. Spino de testamentis, glossa quinta num. 59. versiculo, sed probabilior, Osualdus ad Donellum lib. 8. cap. 15. ad finem, Pichardus Instit. de fideicommissis, hæred. in principio, num. 15. Fachinæus lib. 5. controversiarum, cap. 59. Gregorius *l. 11. tit. 3. part. 6. glossa 2. Sarmiento lib. 2. selectarum, cap. 6. num. 7.* Carpio de executoribus & commissariis, *dicto lib. 2. cap. 13.* Barbosa plures referens, in *tract. de jure Ecclesiastico, lib. 3. cap. 27. num. 71.**

Et de illa conditione: *Nisi hæres meus noluerit, vel eum voluerit;* præter jam relato vendendi sunt Sarmiento *lib. 2. select. c. 6. num. 18. & seq.* Costa *dicto lib. 1. selectarum, c. 24.* Barbosa in *l. 2. §. finali, ff. soluto matrimonio, num. 1.* Morla in *emporio, 1. parte, tit. 9. quest. 9. num. 13.* Gregorius, in *l. 30. tit. 9. part. 6. Cancercius 3. part. cap. 20. ex n. 82. & 91. & seq.*

51 Ad numerum 48. ibi: *In quo articulo resolutivo dico, &c.*

In legatis, electionem de incertis personis non posse committi, fecus de certis, ut in exemplis positus per nostrum Gomezium, & posse eligi unum vel plures, & nullo electo, omnes admitti docent & explicant ex notissimis Juris principiis Peregrinus de *fideicommissis, articulo 33. ex num. 51.* Pelæz de *majoratibus, 1. parte, questione 48. num. 3.* Jacobus Cancercius, *cap. 20. de legatis in suis variis, ex n. 94.* Pichardus in *incertis, Instit. de legatis, Suarez de captivitate, n. 6.* & ibi Valdesius Molina de *primogeniis lib. 2. cap. 4. n. 3. & seq. & cap. 5.* ubi latissime de electione indigni & non benemeriti ipsi testatori; Cevallos *communium contra communes, quest. 265. num. 7. & 8.* Sarmiento *lib. 8. selectarum, in l. cum quidam, ff. de legatis 2. & in l. unum ex familia, eodem tit. Donnellus lib. 8. commentariorum, cap. 15. & 28.* Osualdus latè, iterum noster Gomezius in *l. 33. Tauri, num. 4.* Gutierrez *practicarum, questione 4. lib. 2. n. 2.* Matienzo *dicta l. 5. tit. 4. lib. 5. glof. 2. num. 3.* & ibi Azavedus, *num. 11. & sequentibus.* Alvarado de *conjectura mente defuncti, lib. 2. cap. 2. ex n. 16.* quem omnino videas, quia latè explicat & declarat, & latius Fufarius in *tractatu de substitutionibus, quest. 503. ex n. 50.* ubi comprobat declarationes nostri Gomezii, & alias adducit in *quest. seq. usque ad questionem 511. & questione 380.* ubi agit de electione unius, vel plurium, de qua hic fit mentio per nostrum Gomezium, & maxime *num. 8.* ubi aliquas declarationes adducit, & D. Joannes del Castillo *lib. 4. controversiarum, cap. 36.* ubi de facultate meliorandi concessa per testatorem; & Anr. Gomez. *Variar Resol. Tom. 1.*

num. 61. ex Menochio consilio 158. n. 8. lib. 2. Cabedo decis. 134. per tot. 1. parte, resolvit, quod ex subiecta materia perpetuitatis in majoratibus, electio primo vocato concessa ad ulteriores extenditur, D. Larrea decis. Granat. 40. num. 39. ubi quod si is qui nominare potuit, nominationem non fecerit, ille succedet, qui aliis de jure ad successionem admittitur, de quo Molina de *primogen. lib. 2. cap. 4. num. 41.* & plures referens Castillo, *lib. 2. controversiarum, cap. 6. num. 56. & lib. 4. cap. 15. num. 12.* vide etiam latissime materiam istam explicantem Carpium in *dicto tractatu de executoribus & commissariis, l. 2. dicto cap. 11. 13. 15. & multis sequentibus.* Et quod legatum non vitietur ob incertitudinem si amicus relinquitur, Matienzo in *dialogo 3. parte, cap. 17. num. 1.*

Ibi: *Inferitur quod si testator reliquit pauperibus talis loci, &c.*

Quod legatum pauperibus relicto non inferitur ex eo quod incertis personis relinquitur, & quod hæres vel commissarius eliget secundum voluntatè testatoris, & eo non eligente, admittentur omnes, docent Mantica de *conjecturis ultimarum voluntatum, lib. 8. tit. 4. num. 3. & sequentibus.* Barbosa in *colleccióna c. 4. de testamentis, ubi quod relicto Ecclesie intelligitur de pauperiore Surdus de dismetis, tit. 8. privilegio 17. num. 5.* noster Gomezius in *l. 40. Taur. num. 49.* Aviles in *capitib. pratorum, cap. 2. verbo, ninguno, n. 3.* ubi quod uni potest conferri, Barbosa *l. 1. 3. parte, ff. soluto matrimonio, num. 45. & 51.* Costa in *cap. si pater, verbo, pauperes, ex num. 12.* ubi quod relicto Ecclesie intelligitur de Parochiali, & alia Carpio in *tractatu de executoribus & commissariis, lib. 1. cap. 16. n. 42. & l. 2. cap. 19. n. 66. & sequentibus, ubi n. 67.* ait undecim requisita esse consideranda in elemosynæ largitione, & quomodo distributio sit facienda, & alia; & *cap. 36. lib. 1. ejusdem tractatus* explicat qualiter contingere potest incertitudo circa personas, res, & quantitas; Thomas Sanchez latissime in *consiliis, lib. 4. cap. 1. dubio 57. & seq.* ubi latissime de hac materia, & plures referens Barbosa in *colleccióna ad l. id quod pauperibus, C. de Episcopis & Clericis, num. 2.* & vide etiam Menochium *lib. 4. presumptione 125.* ubi de quibus pauperibus intelligatur legatum.

Ad *num. 49.* ibi: *In quo breviter, dico, &c.*

Et ibi: *Nec obstat, &c.*

Non solum quæ erant in loco assignato, tempore conditi testamenti, sed etiam quæ postea posita fuerunt de voluntate testatoris, debent legatario, cui legatum fuit quidquid haberet in tali camera hic resolvitur, ut vides, & traditur interpretatio ad Tex. in *l. si ita, ff. de auro & argento legato.* Sed circa præsentem questionem, & explicationem *dictæ legis,* ingens versatur controversia inter Doctores, qui constituunt regulam generalem, scilicet tempus præsens spectandum esse in legatis, ad iudicandum quæ res comprehendantur in legatis; quam latè declarant, & limitant Covarruvias in *c. 2. practicarum, ex num. 2.* per undecim conclusiones, Mantica de *conjecturis ultimarum voluntatum, lib. 3. tit. 11. per totum.* ubi *num. 9.* probat ex multis, quod si domus fuerit legata cum omnibus ibi existentibus, non cedunt legato, quæ postea fuerint illata, etiam ab ipso testatore, & *l. 9. tit. 3. ex n. 13.* Menochius *l. 4. presumptione 126. & 127. per tot.* Pichardus in *repetitione*

R r

tit. de legatis, cap. 19. num. 1. Fachiræus l. 52. *controverf. cap. 76.* ubi etiam tradit, an dicta regula habeat locum in relictis conjunctæ personæ de quo etiam Castillo *in tract. de usufructu, cap. 44. num. 11. & 12.* ubi *per totum caput*, disputat præsentem questionem, ut etiam facit; *in lib. 4. controverf. cap. 49.* ubi latissime controversit; *& num. 5. & 6.* ferè infinitos Doctores refert; *& num. 9.* ait, quod legatum factum de omnibus bonis quæ Perusia repetiri possunt, solum intelligitur de his quæ tempore testamenti in ea civitate reperiebantur; *& num. 11. & seq.* probat ex conjecturis à prædicta regula esse recedendum; Molina de *justitia & jure tom. 1. disp. 202. ex num. 12.* ubi *ex num. 3.* an jura & actiones inter mobilia legata computentur? *& num. 6.* probat legatum eorum omnium quæ certo loco continentur, non comprehendere jura & actiones, cæto instrumenta ibi continentur; de quo etiam Menochius *suprà*; *& n. 15.* agit quid comprehendat legatum apothecæ panorum; & alias? Pinellus *in rubrica Cod. de bonis maternis, 1. part. num. 10. & seq.* Morla *in empirio, tit. 8. num. 9.* vide etiam Sarmientum l. 8. *selektorum, in l. cum ita legatur, ff. de leg. 2.* Barbosam *in rubrica, ff. solutio matrimonii, 3. part. num. 8.* Garcia de *expensis, cap. 22. num. 33.* qui late explicat text. *in l. si ita, ff. de auro & argento leg. de quo agitur hoc numero*, & Cancercius *variatarum 3. parte, cap. 20. num. 131.*

Ad num. 50. ibi: Et breviter dicendum est quod sic, &c.

Testatore legante frumentum quod habet in certo loco, si illud consumat ipse, & aliud ibi reponat, illud debetur: ut hic resolvitur, & docent plures ex relatis numero antecedenti, maxime Mantica de *conjecturis ult. voluntatum, dicto lib. 3. tit. 11. num. 16.* Menochius *dicta præsumptione 127. num. 30. & consilio 330. circa finem, lib. 4.* D. Joannes del Castillo *lib. 4. controverf. cap. 17. num. 37.* ubi nostrum Gomezium laudat; & Cancercius *variatarum, 3. parte, cap. 20. num. 258. & 268.*

Ad num. 51. ibi: Quod Titius legatarius habebit dimidiam, &c.

Testatore legante Petro quantum hæredes habebunt, Petrus habebit dimidiam partem hæreditatis, & dimidiam hæredes: & idem si dicat, quantum hæres habebit, ita resolvit Gomezius hic, & comprobant Covarruvias *lib. 1. variar. resolutionem, cap. 13. num. 9. vers. Sexto subinfertur*, Sarmient. *lib. 8. selektor. in leg. Lucius, num. 13.* & *in l. si ita relictum, & in l. si pluribus, ff. de leg. 2.* quia inde finita æquipollet universali, ut ait Gomezius, de quo latissime Castillo, *lib. 4. controverf. cap. 44.*

Ibi: Si vero legavit Titio tantum, &c.

Si legatur Petro tantum quantum unus hæres habebit, intelligitur legata minor pars in qua unus hereditas fuit institutus: quod confirmatur evidenter ex illa vulgari regula, nempe quod hæredes intelliguntur minus gravari, quantum possibile est, de qua Clarus, *in §. testamentum, quest. 76. reg. 4.* Menochius *lib. 4. præsumpt. 166. num. 18. & seq.* & alii ferè infiniti congesti per D. Joannem del Castillo, *in tractatu de usufructu, cap. 30. num. 38. & sequentibus, & in lib. 4. controverf. cap. 33.* ubi latissime exornat, de quo etiam diximus *suprà*, in additione ad *num. 29. versiculo*, advertendum tamen est.

Item: adde quod si testator simpliciter, &c.

Gravatis hæredibus simpliciter dare Titio decem quod omnes teneantur tantum dare decem, & comprobari potest ex dicti *num. antecedenti*, & Tradit Sarmiento *lib. 8. selektor. in l. si pluribus, ff. de legatis 2. quem vide*; & Gregor. *in l. 6. tit. 11. part. 6. gloss. 1. & in l. 21. tit. 1. part. 7. gloss. 6.*

Ad num. 52. ibi: non potest simpliciter renunciari, &c.

Simpliciter non posse renunciari legatum factum sub conditione, vel in diem; nec per viam pacti vel conventionis cum hærede, ut hic resolvitur, docent Cujacius *l. & heredi, §. finali, ff. de pactis*, Duaren *ad titulum ff. de acquir. hæreditate, folio mibi 1081.* Gutierrez de *juramento confirmatorio. 1. part. cap. 25. ex num. 1.* ubi quod si juramento confirmetur, Gregorius *in l. 19. tit. 6. part. 6. gloss. finali*, & explicat optimè Richardus *in §. omnis, Institut. de verbis obligat. num. 13. 22. & seqq. usque ad 25.* apud quos videtur potest intellectus ad text. *in l. si ita, 45. §. ff. sub conditione, ff. de leg. 2.* in quo fundatur præsens questio, cui aliam interpretationem dederunt Lafatre *in tract. de Gabellis, cap. 8. num. 1.* & Spino *in speculo testamentor. gloss. 14. num. 32.* quos vide; & Costam, *lib. 1. selektor. cap. 20.* & Sarmiento *l. 8. selektor. in dicto §. ff. sub conditione.*

Ibi: Et eodem modo, &c.

Legans testator quod sibi debetur, intelligitur, pure non verò de debito sub conditione, vel in diem; ut hic resolvitur; tradit Sarmient. *l. 8. selektorum, in l. si ita scripsisset, ff. de legat. 2.* quia debitor in diem, vel sub conditione, non dicitur proprie debitor, ut docet Tufchus *lit. D. conclusionem 34. & 35.* Barbosa *in tractatu de nominibus appellativis, verbo, debitor.*

Ad num. 53. ibi: Item adde, quod si appareant duo testamenti, &c.

Si duo testamenti appareant ejusdem solennitatis & temporis, in quibus reperitur diversa quantitas legata, minor debetur; ut hic resolvit noster Gomez; comprobatur ex his que diximus, in additione ad *numerum 51. supra, in versiculo: Si vero legavit Titio*; & ita docent Mantica de *conjecturis ultimarum voluntatum, lib. 9. tit. 1. n. 5.* Parlatorius, *tom. 3. quotidianarum, differ. 17. §. unico n. 5.* Acevedus *in l. 1. tit. 4. lib. 5. recap. n. 69.* in quo advertendum est, questionem nostram Gomezii versari in casu quo unicum testamentum est, duo tamen sunt exempla illius quæ principalia; tunc enim minor summa debetur; si autem unum est originale seu protocolium, aliud autem transumptum ex eo, tunc originale attenditur; si autem duo testamenti appareant æquè principalia, nec constet quod sit primum, vel secundum, tunc neutrum valebit; de quo videndi sunt Menochius de *arbitrariis, casu 113. n. 2.* Sarmiento *lib. 8. selektorum, in l. Sempronius 47. hic allegata, ff. de legatis 2.* & noster Gomezius *in l. 45. Taur. n. 148.* Clarus *§. testamentum, quest. ultima*, Barbosa *in l. 1. ff. solutio matrimonii, 2. par. n. 16.* Matienzo *in l. 8. tit. 4. glof. 1. & 2. lib. 5. recapit. Rota apud Farinacium decif. 269. & 232. in decisionibus criminalibus, lib. 2. post librum 2. confistorium, Castillo *in l. 17. Tauri folio mibi 87.* Menochius *iterum casu 48.* Traquellus de *pa. causa privilegii 126.* ubi quid si in uno reperitur scriptum legatum pium; Gratianus *reg. 52. Carra. ad leges recopilationis, cap. 11. n. 182.* Fachinaeus *lib. 10. controverf. cap. 33.* ubi quid si ficus concurret de quo Farinacius *in fragmentis, verbo, Fiscus, n. 195. & seq.* Amaya*

Amaya in l. 1. Cod. de jure fisci lib. 10. ex num. 39. Mantica de *conventionibus tacitis, l. 21. tit. 22. ex num. 11.* Iterum Farinacius, *verbo, identitas*, ubi quando præsumantur instrumenta esse eadem, vel non? Barbosa *in cal. cap. in nostra, de test. num. 17. & in cap. impulari, de sine instrument. num. 2.*

Ad num. 54. ibi: In quo articulo resolvitur dico, &c.

Non oneratum onerari non posse, ut distinguitur, & declarat hic per nostrum Gomezium docent & explicat Peregrinus de *fideicom. art. 1. num. 10. & seq.* Duarenus *ad l. 1. ff. de leg. 1.* Tufchus, *pract. lit. G. conclus. 76.* & ut in uno plures referam, de hac materia videndus est Fusarius *in tract. de substit. quest. 293. & pluribus seq.* ubi latissime eam prosequitur, & bene disputat, an à venientibus ab intestato, vel à substitutis, vel à legitimis hæredibus pupillorum possit relinqui legatum, vel fideicommissum; de quo etiam videndus est Richardus, ubi infra citabitur; & sunt optimi text. omnino videndi, & in eis Gregorius, *l. 4. 4. 6. & 7. tit. 9. part. 6.* & Donellus *comment. juris l. 8. cap. 7. & sequentibus*, ubi Ofsaldus, Pinellus, *in l. 1. Cod. de bonis maternis, 1. part. num. 5.* Mantica de *conjecturis ultimarum voluntatum, lib. 8. tit. 1. num. 33.* Molina de *primogeniis lib. 1. cap. 1. num. 8. & lib. 2. cap. 4. num. 15. cum sequentibus*, Sordus de *alimentis, tit. 8. privilegio 14. num. 1.*

Ibi: Quod limita, & intellige, &c.

Hæredem vel patrem hæredis vel legatarii, vel tutorem vel curatorem eorum gravari posse, ut hic resolvitur, docent Peregrinus de *fideicom. art. 1. num. 18. & articulo 12. n. 5.* Craffius *in §. legatum, quest. 13. n. 3. & 4. & in §. fideicommissum, quest. 6. n. 2.* & alii plures adducti à Fusario *in tractatu de substitutionibus, quest. 303.* & Valdecius *in additionibus* ad Suarez *in l. quoniam in prioribus limitatione 1. versiculo*, Sextus casus est, Costa *in c. si pater, 1. p. verb. Eodem modo n. 6. & 7. part. verb. Debite, num. 8.* & Richardus latissime, *in repet. tit. de leg. cap. 7. per tot.* & de parte vel dominio hæredis, quomodo graveatur, & de applicatione *l. 11. ff. de leg. 1.* videndi sunt Soula *in repetitione 1. actionum Institut. de assignationibus cap. de prioritatibus, n. 37.* Fachinaeus *lib. 1. controverf. cap. 56.* late Ofsaldus ad Donel. *lib. 8. cap. 10. Costa in §. quid si tantum, 5. part. num. 86.* latissime disputans Richardus *in dicta resolutione, de legatis, cap. 6. per totum, & cap. 7. 8. & 10. & sequentibus & in §. prateria. Institut. de fideicommissariis hæreditatis*; quem allegare sufficiebat, quia latissime materiam prosequitur, *in dicto cap. 6. & seq.*

Ad numerum 55. ibi: Et resolvitur dico, &c.

In legato lana, eam comprehendit quomodo-cumque sit, dummodo non sit facta tela, vel tincta; in legato verò lint, indistinctè illud comprehendit, ut hic resolvitur, & latius distinguitur, *in l. si cui lana, ff. de leg. 3.* docent & explicat Covarruvias *lib. 1. var. resolutionum, cap. 13. n. 9. versiculo*, Decimo, Ofsaldus & alii ab eo citati *in annotationibus ad Donellum lib. 8. cap. 19. lit. C.* qui componunt decisionem prædicti Tex. *in l. si cui lana, cum leg. 32. §. ff. de auro & argento legatario*, inter quos contrarietas videtur reperiri, Gregorius Lopez *in leg. 4. tit. 9. part. 6.* quæ idem probat Menochius de *præsumptionibus*, Ant. Gomez. *Variar. Resol. Tom. I.*

lib. 4. præsumptione 15. n. 16. Idem Joannes à Pareja *in otio quademeitri, 2. parte, n. 43.* Molina de *justitia tom. 1. disputatione 102. n. 16.* ubi ait se credere decisionem dicti text. *in l. si cui lana*, sancitam tunc fuisse juxta loquendi morem ea tempestate idiomatico Latino; hodie verò in unaquaque regione consuetudini loquendi esse standum, præsumptaque testatoris voluntati, in dubio autem ad hærendum esse dispositioni dictæ legis.

Ad numerum 56. ibi: Et magistratiter, & 59. resolvitur dico, &c.

Duobus modis, scilicet, & expresse, revocari legata, ut hic eleganter resolvitur per nostrum Gomezium, exornat latissime Covarruvias *in rubrica de testamentis, 3. parte, n. 19.* Mantica de *conjecturis ultimarum voluntatum, lib. 1. tit. 2. & quatuor sequentibus*, Menoch. *l. 4. præsumptione 169.* & etiam quatuor sequentibus, Barbosa *in l. 1. ab hostibus 11. finali, ff. soluto matrimonio, ex n. 8.* Suarez *in leg. quoniam in prioribus, in declaratione legis Regni. versiculo*, Novo queritur, ubi Valdecius *in speculo testamentorum, glossa 18. ex num. 45.* Menchaca de *successionum creatione, lib. 1. tit. 110. ex num. 62.* Lara de *anniversariis, cap. 20. n. 20. & 3.* ubi quod censetur ademptum legatum ex hypotheca pro eo quod valet res legata, & ibi alia; & an valeat legatum rei hypothecatæ? Molina de *prim. lib. 1. cap. 9. ex num. 38.* Alvarado de *conjecturis, mente defuncti, lib. 1. cap. 2. n. 35. & lib. 3. cap. 2. num. 29. & seq.* & alii plures in unum congesti per D. Joan. del Castillo *lib. 4. controverf. cap. 37. ex num. 11.* usque ad 18. ubi plures conjecturas mutatæ voluntatis adducit; & iterum *in cap. 59. n. 8. & 9.* Cancercius *variatarum, 1. p. c. 20. num. 33. & seq.* ubi de legato conditionali, & pio, vel pro dote; nec non Richard. & alii ab eo relati *in princip. Institut. de adempt. leg. num. 40. & per tot. & in §. si rem suam Institut. de leg. & in §. si eadem res, num. 51.* apud quos latissime materia præsens explicatur, & eam prosequitur Donellus *comment. juris lib. 8. cap. 17. & ibi Ofsaldus in not. & Petrus Gregorius in synagmat. lib. 42. cap. 33. ex num. 18.* Salgado *in labyrintho, part. 2. cap. 19.* ubi *num. 19.* quod non revocatur legatum ob hypothecam, sed hæres debet luere, & tradere legatario; vide etiam Cancerc. *3. p. c. 29. n. 27.* & seq. ubi quid si pectinata verit, hypothecatæ, vel vendiderit cum pacto de retrovendendo; vel si alienaverit alio modo, etiam inutili? *& num. 27.* ubi an alienatio præsumatur necessaria? Molina de *justitia tom. 1. disp. 212. per tot. ubi num. 3.* addit quod cum revocato legati ob inimicitiam, in præsumpta voluntate fundatur, non habebit locum in foro conscientie, si de contentia testatoris voluntate constat; imò nec in exteriori foro, si hoc sufficienter probetur; Farinacius *in praxi criminali, tom. 4. quest. 120. numer. 102.* ubi de uxore que non curavit virum infirmitate, an auferatur ab ea legatum tanquam ab indigno? & *quæstio 128. num. 88.* ubi an legatum relictum Ecclesie pro sepultura, debet etiam testamentum ruptum; Fachinaeus *lib. 4. controverf. cap. 13.* ubi quod legatum revocatum ob inimicitiam non convalescit, licet postea testator fecerit codicillos, & non revocaverit illud cum potuerit quod etiam docet Thomas Sanchez *in consilis, libro 4. c. 1. dub. 15. num. 11. & in dub. 38.* Istissime explicat materiam hujus resolutionis, & an uxor amittat